



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 21. Baptizatorum seruis cereum datum fuisse, & num aliquando lampas, vel lucerna, an semper cerei dati fuerint, curque in baptismum cereorum mos irrepserit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

rationem secum habeat, insciabitur. decretum  
autem (inquit de vit. S. Sylvest.) ut, qui vellent,  
secūrè possent religionem eligere Christianam, & ad  
Christi fidem accedere, & baptizari, impensis, que-  
suebant ad illuminationem, & ueste suppeditatae  
thesauris Imperatoris. Sed & aliis testimoniosis id

probare facile est. Nam Iuo Carnotensis lemi,  
de sacram. neophyt. vbi exorcismum, aliasque  
baptismi cæremonias ritè persecutus est; tum  
subdit: ad ultimum datur cereus ardens in manus  
baptizati, quatenus implere doceatur illud Euange-  
ly: sic inceat lux uestra coram hominibus, & videant  
opera uestra bona, & glorificant patrem vestrum  
in cælis est. Quod iisdem verbis Hugo Vi-  
ctorinus repetit lib. de sacram. c. 20, inquiens:

ad ultimum datur cercus accensus in manum eius,

quatenus illud Euangeli implere doceatur: inceat

lux uestra coram hominibus, & videant opera uest-

ra bona.

Baptizatorum seruis cereum datum fuisse; & nam  
aliquando lampas, vel lucerna, an semper re-  
dati fuerint; curque in baptismo ce-  
reorum mos irrepserit.

## C A P. XXI.

Cereum da-  
baptizati  
seruis bap-  
tizatorum.

**Q**uid quod, non modo baptizatis ipsum  
cereum, sed etiam seruis, & aulicis da-  
tum fuisse, legimus? Nonne plane fidem ex-  
cedit? Sed ita tamen in Theodosii Iunioris  
baptismo contigisse, planum est: quemad-  
modum

modum Epistola M. Gazensis ad Archiad. Imperat. testatur, quam refert Baronius ad ann. Christi 401, his verbis: baptizato Iuniori Theodori, & ab Ecclesia egresso in palacium licebat rursus inueni decorum eorum, qui praeerant multitudini, & vestimentorum resplendorem. erant enim omnes candidati, ut existimatetur multitudo esse niue repleta. procedebant autem patrity illustres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes coronas, ut putarentur astra cerni in terra. Hoc autem Theodosij exemplum non singulare, sed ex communione eius temporum ritu ductum esse videbitur, si probabili argumento, & conjectura veliceat, quam conuenientia, atque opportunitas suggestit, vt, cum tempore tristis veteres Christiani seruos atra, lugubriq; veste induerent, sic in rebus letis non modo vestem, sed & quocunque gaudium significans, iisdem praberent. Quoniam tamen multi veterum datum non cereos, sed lampades baptizatis datos fuisse, tradidérunt, vt S. Cyrillus Hierosolymitanus in procathech. sponsales lampades ibi donatae, & cathech. i. mystagog. qui fidei lampades nuper accendisti. S. Gregorius Nazianzen. orat. 40. in sanct. baptis. lampades, quas accendes, illius luminum gestationis figuram gerunt, cum qua splendida, & virgines anima splendidis fidei lampadibus Christo sponso obuiam prodibimus, & Nicasius Serroni in eand. Gregor. orat. lampades vero illam luminum gestationem, &c. definire oportet, semper ne cereus, an interdum lampas, aliudne ex oleo lycinus baptizatis daretur: & quamvis ea quæstio difficultate non careat,

Ccc

propter Cyrilli, & aliorum authoritatem, in  
men puto, semper cereum baptizatis datur

Cereus se-  
per, non.  
quam vero  
lampus, aut  
lucerna ba-  
ptizatis da-  
batur.

quisse, non modo quia plures scriptores eum,  
quam lampadis, aliorumve simillimum mem-  
nere; aut quod cereus commodius dari, luc-  
que potuit, quam lucernæ, olei plene: sed et  
quoniam cerei mos apud omnes Ecclesiastis  
get. ex eo autem, quod nunc fit, enas, quod  
lia factum est, cognitione astequi possumus.

Cyrillus igitur, Gregorius, & Nicetas cum  
padum mentionem fecerunt, illud solumento  
significauere, baptizatis lumen a ministris  
præberi, nihil de nomine, aut vocis proprieta-  
te curantes, quod ad rem suam nequam  
faceret, & vnum pro altero usurparerent: ita

plane tractatu de precibus horatissimorum  
lucernarium sic dictum à lucernis accessum cum

tamen plerumque cerei, raro lucerne acci-  
derent. & ipsem Nicetas in oratione S. Guli-  
gorij Nazianzeni. de baptizatorum luminibus  
loquens, faces appellavit: *baptismus per lumen*  
*nomine appellatur, quod purget, & illuminet.*

*Quo etiam sit, ut faces eo tempore in latinitate*  
*accendamus: cum faces fustes incisi, & cera, vel*  
*oleo inuncti forent, qui præcipue in Genitium*  
*nuptiis, nunquam in Christianorum la-  
cris adhibebantur. Ex quibus intelligi potest,*  
*voces, quæ lumen significabant, a veteribus*  
*scriptoribus promiscue usurpari solitas esse.*  
*quod adhuc clarissimus Fortunatus poeta decla-*  
*rit lib. 4. carmin. qui, cum ceream lucem no-*  
*minasset, postea lampadem, sive lumen vocat*  
*his verbis:*

ac Cet.

## Liber quintus.

771

Indique rapt a manu lux cerea prouocat astra,  
Credas ut stellas ire trahendo comas.  
Lactens hinc uestis color est, hinc lampade fulgor  
Dicitur, & vario lumine picta dies.

Quare Rabanus Maurus, Ecclesiasticorum rituum scientia in primis illustris, ut hunc communem scribendi morem innueret, quos anteriores appellarat, lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 19. lumina nuncupat; dum ait: per VII. dies in Angelico castitatis habitu, & luminibus cœlum arietatis sanctis assistere mysteriis solent. Verum qui fuerit causa quamobrem cereum dari institutum sit, præclarè ab Iuone Carnotensi explicatum est. Item de sacram. Neophyt cum die ad ultimum datur cereus ardens in manus baptizati, quatenus implere doceatur illud Euangely: sic lucis lux uestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est. Nimirum vniuersa Gentilium colluies in Christianorum, vitam, moresque animum, & oculos intendebat: ideoque admonedabant fideles, ut Christianæ vitae officiis fungentes, ad omnem virtutem, & charitatem simo exemplo aliis prælucerent: vitaq; sua splendore, cœlestis illos sapientiae luce illustrare, atque tentbris peccatorum ad claritatem diuinę gratiæ enocare conarentur. Quam etiam rationem considerasse videtur Hugo Victoriensis li. de sacri. c. 20. cum dixit: ad ultimum datur cereus ardens accensus in manum eius, quatenus illud Euangely implere doceatur: luceat lux uestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. & ante trunque Seuerus Alexandrinus li. de bapt. vbi

Cereus da-  
batur, ut  
exemplo  
aliis prælu-  
cerent.

Ccc ij

baptizatos ad vitam purē, & castē colendā  
inuitat: immutate vestimenta vestra, & candide  
stote in modum ninis, ac in similitudine Angelorum  
splendores vestros illuminate. nullus enim, qui  
ratio cinandi facultate prædius sit, non videt,  
vestimentorum quidem nomine vestes cädidas,  
splendorum vero cereos intelligi, quod splen-  
deant; &c. sicut illæ conscientia nitorem sig-  
ficant, sic hos ad piarum actionum splendores,  
qui in baptizatis micare deber, indicat idem  
referri. Similis huic rationi videtur illa, qua  
S. Gregorius Nazianzenus assertorat. qd. in  
sanct. bapt. vbi tradit, eum piarum actionum  
splendorem significari, cum quo anima soluta  
vinculis emergentes ē tenebris, concretum, &  
mortale corpus relinquentes, nactæque libe-  
rum cœlum, atque lucem, instat Euangeli vir-  
ginum, Christo sposo obuiam prodibant. id  
eoque ab eo dictum est: lampades, quia accende,  
illius luminum gestationis figuram gerunt. cum quid  
splendidæ, & virgines animæ (splendidæ fidei) lam-  
padibus Christo sposo obuiam prodibuntur. Quod  
explicans Nicetas Serroni, inquit: quid pñl  
baptismum ante altare collocari, future vita gloræ,  
& propinquitatem apud Deum indicat: plamisla  
autem letum, ac festuum illius seculi sonum; lam-  
pades vero illam luminum gestationem, cum quid  
uxtra Euangelicam parabolam, Christo sponso occur-  
renus, velut sponsa virgines claras fidei lampades  
habentes, & copiosum bonorum operum oculum. Ve-  
rum inter cerei dandi rationes, haud postremū  
Iocum obtinet, quæ a S. Cyrillo Hierosolymitanō  
innuitur procatech. ad baptiz. dum ait

Alia causa  
dandi ce-  
reū, priori  
familis.

anima jam in Christi militiam vocati dedisti, &  
 ipsi deis lampades vobis donatae ibi enim Author Cereus sig-  
 nificabat, spirituales nuptias, quas anima  
 baptizati cum Christo contrahit, significatas animam  
 esse, quod & verissimum est, & à Gentilium ri- baptizati  
 nuptias cū Christo  
 mprofectum, qui nouis nuptis tēdas præbe-  
 bant. Non desunt tamen, qui existiment, ar- contrahe-  
 dent cereo significari tres Theologicas virtu- re.  
 rem signi- Quarta cau-  
 plendor, sedem in lumine, charitatem in splendore, spē  
 dicandem la dandi ce-  
 illa, quam rei, ut tres  
 at. 40. in recta altitudine exprimant. Ex eorum nu- virtutes  
 actionum merito idem S. Cyrilus Hierosolymitanus exi- Theologi-  
 git, qui eadem procatech. ad baptis. inquit: flo- cas indica-  
 rī nunc arborum apparuerunt, utinam vero et  
 fides perciptatur: nomina iam in Christi milicium  
 cū dedisti, & sponsales lampades vobis donatae,  
 regni celestis dei derium, bonumque propositum,  
 & hęs subsequens. Vbi spei, & charitatis aperta-  
 mentio est; sicut fidei catech. i. mystagog. me-  
 minit illis verbis: qui fidei lampades nuper accen-  
 doles: nunc non extinctas easdem manu tenendo cu-  
 fidiste. quin & S. Gregorius Nazianzenus orat.  
 40. in sanct. bapti. & Nicetas Serronus in  
 eand. orat. S. Gregorij id ipsum declarant: dum  
 ille quidem plenididis, inquit, fidei lampadibus,  
 hic autem, claras fidei lampader. siquidem lampa-  
 des ab utroque pro cereis positas esse, monui- Quinta cau-  
 mus. Multis quoque probabile videtur, splen- fa dandi ce-  
 didissimum cœli domicilium, in quod bapti- rei, vi beatæ  
 zati, si virtutes, Christianæque vita officia san- vita, qua  
 ctæ coluerint, vita sunt recipientur, indicatū pīe vitæ tres  
 fuisse. quod innuit Rabanus Maurus lib. 2. de argumentū  
 institut. Cleric. ca. 39. cum inquit: tunc maxime, esset.

Ccc iii

774 De Antig. Bapt. rit. ac car.

dum alba tolluntur a baptizatis vestimenta, per manus impositionem a Pontifice Spiritum sanctum appetere, conueniens est, qui in baptismate omnius reperunt remissionem peccatorum, & per septem diea Angelico castitatis habitu, & lumen eius claritatis sanctus assistere sacrificia solent, quid enim aliud posterioribus verbis significat, quantum septem diebus post baptismum ad Missa sacrificium religiosè conueniendi? quis vero Angelicus castitatis habitus, nisi vestis candida? aut quae celestis claritatis lumina, nisi cereus? Alij etiam putant, baptizatos ad spiritualem laetitiam invitatos fuisse. Quae sententia est Nicetæ Serronij in S. Gregor. Nazianz. oratione 39. in sanct. lum. vbi ait: baptismus purum lumen nomine appellatur, quod purget, & illufret. Quae etiam sit, ut faces eo tempore in laetitia signum addamus. Huius autem rationis fundamentum a communi hominum more ductum est: quod in omnibus rebus latet, & secundis cereus accendi solitus esset. Sic Proverb. 21. legitur: lucerna impiorum peccatum, id est, rei, & peccatores impietate latentur. Et Persius grauis, seurusque vitiorum sui temporis castigator, & censor, Romanorum levitatem reprehendens, qui se Iudeorum superstitionibus obligaverant, Satyr. 5. canit:

Cum Herodis venere dies, undeque fengit  
Imposita pingue nebula vomere lucerne,  
Portantes violas, rubeumque amplexa catinus  
Caeruleanata thynnii, sumet alba fidelia vim,  
Labramovent tuncius, recutis aquæ sabbata pallent.  
Multi præterea alij eiusdem motis meminere,

Sexta causa  
dandi cerei  
ut laetitiam  
spiritualis  
ostendere  
tur.

Cereus ac-  
cendi sole-  
bat in om-  
nibus rebus  
latet.

it Virgilii li. 4. Aeneid. Catullus in carm. nup-  
tialium ac-  
tum recipi-  
tem deus  
bus sagittis  
quid enim  
quamini-  
ad Mille  
quis vero  
lis candi-  
a, nisi co-  
spiritua-  
lentia or-  
lumen  
ret. Quo  
amatu-  
mentum a  
st: quod  
erens ac-  
irur; la-  
peccato-  
ris, fe-  
ctor, &  
ehendes,  
bligau-  
stra  
cerne,  
timus  
im,  
spallit.  
minete,

it Virgilii li. 4. Aeneid. Catullus in carm. nup-  
tialium ac-  
tum recipi-  
tem deus  
bus sagittis  
quid enim  
quamini-  
ad Mille  
quis vero  
lis candi-  
a, nisi co-  
spiritua-  
lentia or-  
lumen  
ret. Quo  
amatu-  
mentum a  
st: quod  
erens ac-  
irur; la-  
peccato-  
ris, fe-  
ctor, &  
ehendes,  
bligau-

ta, formes  
velutum ac-  
tum recipi-  
tem deus  
bus sagittis  
quid enim  
quamini-  
ad Mille  
quis vero  
lis candi-  
a, nisi co-  
spiritua-  
lentia or-  
lumen  
ret. Quo  
amatu-  
mentum a  
st: quod  
erens ac-  
irur; la-  
peccato-  
ris, fe-  
ctor, &  
ehendes,  
bligau-

Vatro de vit. Pop. Rom. cap. 35. Seuerus Sul-  
pius lib. 2. histor. S. Ambrosius de institut.  
virg. cap. 17. S. Hieronymus lib. aduers. Vigil-  
ian. S. Cyrillus Alexandrinus Epist. 34. & B.  
lidorus Hispalensis lib. 7. orig. cap. 12. quo-  
rum de hac re verba studio breuitatis omit-  
to, cerei solummodo causas prodiisse con-  
tentus.

De baptismis sicut cereorū magnitudine, & for-  
me; accensus in manū darentur, an extin-  
cti; num in dextrā, an in sinistrā; & an  
semper in baptizatorū manū, an aliquan-  
do in suscepitorū, vel seruorum; item quis il-  
los emeret; & quandiu, ac unde accendi so-  
lerent.

## C A P. XXII.

**A** Dea nunc lectores animum adiiciant  
qua de cerei magnitudine veterum Scri-  
ptorum lectio, sive coniecturæ mihi suppedi-  
tant licet enim ille quam latus, vel longus fue-  
rit, ex nomine potuerim expiscari; tamen iusta  
longitudinis, & latitudinis fuisse, multis ratio-  
nibus mihi persuadeo. primo enim diu accen-  
sus tenebatur, cum inter missarum solennia  
eius diei, quo fidelium greges vitam spiritua-  
lem e baptismi fonte hauriebant, & septem  
sequentium arderet; & cum eodem bapti-  
zati totidem diebus ad Ecclesiam irent,

CCC iiiij

Cereus e-  
rat iultæ  
magnitu-  
dinis.